

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerendo uiro D.N.N. pastori ecclesiae Dei in oppido Senonum  
Tangermund,fratri suo charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Jam moribus. Ideo si mihi uel ipse uel alij bellū in-  
 rulerint, piè & modestè respondebo. Mitto tibi e-  
 xemplum de controuersia Osiandri, quod uolo te  
 legere ut censorem, & mihi iudicium tuum signifi-  
 care. Oro etiam, ut illustrissimo Electori, & uro  
 clarissimo D. Agricole & Bottichero exempla des  
 ipsis inscripta. Hac hora literas ex Vratislavia ac-  
 cepti, in quibus scribitur, recens Turcos abduxisse  
 magnam multitudinem hominum in Pannonia.  
 Mater fortiter prælians recepit duos filios: et quā-  
 quam dextra ei præcisa est, tamen euasit cum filijs,  
 & redijt in patriā. Bene uale. Die Encœniorū, que  
 fuerunt 25 Nouembris, qui dicebatur Kisleu, id est,  
 Orionius. Hec uera etymologia est.

Reuerendo uiro D. N. N. pastori Eccle-  
 siæ Dei in oppido Senonum Tan-  
 germund, fratri suo charis-  
 simo,

S. D. Reuerende uir, et charissime frater: Cum  
 abessem Lipsiæ, huc à Senatu Brandenburgensi  
 literæ missæ sunt, ut ad N. N. scriberem: ac scripsis-  
 sem, si affuissem. quanquam literæ nostræ gratio-  
 res essent, si unâ mitteretur responsio de Stancarō:  
 quam nondum absolui, quia editionibus impediōr.  
 Quanquam autem de uolūtate Principis multa co-  
 gito: aditus ad eum patent Canonici, quorum Pha-  
 ysica

*Solimus ep. p. 377.*

rifaica odia nouimus. Aduersatura igitur esse Senatuui Brandenburgēsi metuo. Sed experiamur sanē, quid impetrari possit. Si aduersabitur, Goslaria petatur. Significabis igitur senatoribus, ut rursus ad me nuncium mittant. Bene & feliciter uale. Die 22 Februarij.

Venerando uiro D. Georgio  
Buchholzer

S. D. Venerande domine Præposite: Gratias ago uobis pro pietate uestra, quam etiam Deo gratam esse spero, ut in Psalmo dicitur: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Intelleximus uicinorum Lusatiorum apparatus, & ex alijs. Que autem præsidia opponat præfecti, nescio. Ego Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut pœnæ mitiget. Video enim impendēre pœnas. Sed tamen Imperator nec patriæ nec Ecclesiæ bene consuluit, moto hoc bello. Nam etiamsi uincet, maiores erunt Imperij et Ecclesiæ confusiones: quas utinam Deus mitiget. Sum tranquillore animo: quia mihi concius sum, me in magna caligine opinionū ueritatē sincero animo quasiuisse, nec opes nec potentiā uenturum esse. Credo etiam Deum exauditurū esse gemitus nostros. Bene ualete. Nuncio solui, ut in charta scripsi, quam huic epistolæ inserui. Iterum ualete, 25 Septembris, Anno 1546.

A 4 Reue-